

eius in diversum forent tracturi, an facta Passaviae, confirmata Augustae Vindelicorum, instaurata Osnabrugae, de Religione patio ad eum spectet?

§. XI. Nondum mihi, Maiorem illam ut mittam, integrum est. Mentionem in illa feci de Magistratu Politico: cuius habendam hic esse rationem adversarii pernegabunt. Sacros interdicerē aut iubere ritus, inquit, est pars regiminis ecclesiastici. Atqui regimen hoc non pertinet ad Magistratum Politicum, sed ad solum universalis Ecclesiae caput visibile, Pontificem Romanum, qui unus per orbem terrarum plenam habet, & sine loci ac iurisdictionis exceptione integram potestatem (p). Verum enimvero falsissimam esse opinionem hanc, iam dudum apertissime ostenderunt & nostri & Reformatorum Theologi. Deficiunt institutio ac vocatio Divina; obstant vita CHRISTI, Eiusdemque apophthegma hoc, *Regnum meum non est mundanum*; repugnant exemplum Apostolorum, Biblica Episcoporum nomina, vocantur enim pastores, doctores, oeconomi; item Ministerii Ecclesiastici conditio ex Luc. 22, 25. & I. Pet. 5, 3. cognoscenda, nec non & Episcopatus finis, qui alius non est, quam Evangelium praedicare & dispensare Sacramenta (*). Redditur his rationibus sole ipso illustrius & clarius, sacri ordinis virum nullum, quemcunque is obtineat gradum, Ecclesiasticum sibi sumere ac arrogare posse regimen. Quare, quum visibilis SALVATORIS MUNDI Ecclesia regimine externo carere nequeat, sequitur, ut regimen illud sit partium Regum & Principum secularium; Confer. I. Reg. 2, 27. c. 22, 44. 2. Reg. 12, 4. c. 18, 4. c. 23, 1-25. 2. Par. 19, 8. (**)

Proferunt quidem adversarii quoque, pro antithesi, argumenta, eaque admodum multa: verum B. D. Io. GERHARDVS, in *Confessione Catholica* (q), ex ipsis Romano-Catholicis scriptoribus ea refellit & coarguit. Ut exemplum adiungam, allegant Pontificii Matth. 16, 18. quem locum ad Pontificalis primatum sedis Romanae primus transtulisse dicitur Leo Magnus: sed alios Pontifices, itemque Pontificios scriptores haud paucos, censuisse, petram ibi esse vel confessionem Petri, vel CHRISTVM, sex columnis paginae Germanice, ed. Lips. a. 1723. in 4. (***) Consulatur, praeter Quenstedtium l. c. p. 437. sqq., Doct. J. W. Jägerus de Concordia Imperii & Sacerdotii. (q) Lib. II. specialis Parte I. Artic. III. cap. V. a p. 574.

Ecclesiasticum regimen an ad Papam pertineat?

(p) Sunt verba Dion. Petavii in Tr. de Ecclesiastica Hierarchia lib. II. c. 2. §. II.

(*) Vid. B. D. Quenst. l. c. P. IV. p. 509. sqq. D. Walch. in Lex. Philos. p. 1556. sqq.

Des lauschenden Sendschreiben an einen JCrum, ed. a. 1700. in 4.

Smalcaldiae, Le Tombeau de la Constitution de Clement XI. divulg. Amstel. a. 1718, D. Ant.

Albizii lib. de decem principiis doctrinae Christianae, emiss. Campidonia. 1612, in 8.

Princ. X. in primisque Isaac Barrow, de Primatu Paginae Germanice

pa Germanice